

De artificibus et rebus artificialibus

Tegebant aut tabule interius cortinis quod dicitur coloribus: quod fideles interius ornantur quod tuorum virtutibus. Ita in bysso retorta: ut Glossa dicit designat caro castitate renitens. In hiacyntho mens supna cupiens. In purpura caro passionibus subiacens: In cocco bis tincto mens inter passiones dei et proximi dilectionem refulgens. Per optimeta vero recti designant plati et doctores in quibus debet remittere celestis puerfatio: que signat per pelles hiacynthinas: pmpitudo ad martyrium quam signat rubricate pelles: austeritas vite et tolerancia aduersorum quam signatur per saga cillina: que erant exposita veteris et pluuibus: ut dicit Glossa. Item nota quod fideles xpiani antiqui fuerunt feruētiores moderatis: sicut vinum vetus calidum nouo. Dicitur in ij. li. de vindemijs quod nouum vinum frigidius est propter terrestritatem et aq̄sitate. Vetus eius vinum calidum et fortius et magis odoriferum. quod enim in eo erat aq̄s ipse supersit. Sic antiqui sancti caruerunt terrestritate auaricie et aq̄sitate lurie. An fuerunt feruētiores in amore: fortiores in persecutioe: et redolētiores in puerfatioe. Eccl. ix. Vinum nouum amicum non uisus est. Capitulum: XXVI

Sagelladine iusticie assimilant sagittas: ex eo quod sagittarum more percussio proferunt. Ita dum corpus vulnerant spiritum humiliant. An Job. vi. Sagitte domini in me sunt: quod indignatio ebibit spiritum meum. Quid enim est spiritus hominis nisi spiritus elationis. Sagitte autem domini spiritum ebibunt: cum supne auaricie uersionis inie afflicti mentem ab elatione concupiscunt. Item sagitte domini spiritum hominis ebibunt: quod intemum exterioribus istrosus trahunt. Item sagittarum indignatio spiritum hominis ebibit: quod supne sententie electos quos in peccatis inueniunt dum vulnerat immutat: ut duricia suam transfixa mentem deserat: atque ex salutifero uulnere sanguis pessimo curat: pensant namque uel lapsi sunt: pensant a quanta beatitudine ad corruptionis sue tormeta ceciderunt: et non solum gemunt in his que sustinent: sed insuper metuntur quod districtus iudex delinquentibus degebenne ignibus comminat. An iustorum mens non solum prepediit quod tolerat: sed etiam pauet quod restat: uideles quia in hac uita patitur: metuit ne post hanc grauioza patiat: sicut Grego. dicit. Ita flagellum et percussio dei est ad auer-

salute: eo modo que medicus vulnerat ad corporis sanitatem. An Job. v. Ipe vulnerat et medet: percussit et manus eius sanabunt. Ubi Grego. dicit quod duobus modis omnipotens deus vulnerat quos ad salutem reducere curat: aliquando enim carnem percussit et mentis duriciam suo uoce tabefacit vulnerando. ergo ad salutem reuocat cum electos suos affligit exterioriter ut interiorius uiuat. An per moysen loquitur dicens: Ego occidam et ego uiuere faciam: percussit et ego sanabo. Deut. xxxij. Decidit ei ut percussit ut sanet. Quia idcirco foras uerba admouet ut interioris uulnera curet. Aliquando autem si flagella exterioriter cessare uideatur intus uulnera infligit: quod mentis nostre duriciam suo desiderio percussit: sed percussio sanatur: quod terrore sui iaculo transfixos ad se suum nos rectitudinis reuocat. Corda eius non strata male sana sunt cum nullo dei amore sanantur: cum pegrinatioe sue eruna non sentiunt: cum erga infirmitatem proximi quamlibet nec minimo affectu languescunt: sed uulneratur ut sanent: quod amoris speculum mentes deo insensibiles percussit: moxque has sensibiles per ardorem charitatis reddit. An ei sponsa in Cantico. dicit. Vulnerata charitate ego sum. male enim sana anima atque in uulnere exilij ceca securitate prostrata nec uidebat dominum nec uiderere requirebat: percussa autem charitatis eius speculis vulnerat in intimis affectu pietatis: ardet desiderio contemplationis et miro modo uiuificat ex uulnere que prius mortua iacebat in salute: estuat anhelat et iam uidere desiderat quem fugerat. Percussio eius ad salutem reducit que ad securitatem hęcis intime amoris sui perturbatione reuocat. Ca. XXVII

Ratiadei non in fundis auerunt nisi prius sit purgata et munda. Ita sicut in pugnamento nisi prius rasus fuerit non scribitur: ita cordi humano nisi prius purgatum fuerit gratia non infunditur. Bern. Balsamum est gratia dei uas purissimum requirit. Item herbe male et spine prius eradicant a terra que serant triticum. Sic cogitationes et actiones malas prius amouere debemus a nobis: si nos volumus esse agri dei et gratie semine suscipere: et fructum bonum ferre. Hier. iij. Mouare uobis nouale. et nolite ferere super spinas. id est super peccata. Item gratia dei assimilatur mentibus et munitionibus ciuitatis. Menia enim in urbibus per ornamenta